

SERMO.

LXV333

tua gratia quam contempsit et mea culpa accepit. ergo non tu? sed debet esse me? Secunda Tu creasti eum per naturam. Tercio deberet esse tu? sed fecit se meum per suam magnam miseriam. ergo Tercia tu sustinisti propter eum gravem passionem ideo deberet esse tu? ego vero obruli sibi meam suggestionem sed ipse tuam passionem contempsit et meam suggestionem accepit. ideo debet esse me? Quarta duo sunt. obedientia et inobedientia. Quicumque autem tibi obediens est. tuus est qui vero tibi inobediens est. meus est sed ille fuit tibi inobediens et mihi obediens ergo. Quinta tuum est facere hominem vestem fulgidam virtutum. meum vero facere sordidam viciorum. Sed iste vestem virtutum abiecit et meam vestem viciorum induit ergo me? L. Tercij accusatores erunt postquam vni Jaco. v. dicitur. Agite nunc diuites plorate ululantes in misericordiam vestris. que adueniet vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit et erugo eorum in testimonium vobis erit. Et infra Ecce merces operariorum vestrorum que fraudata est a vobis clamat et clamor eorum in aurem domini sabaoth introiuit. vbi ostendit quod contra malos diuites tria clamabunt in iudicio scilicet erugo tinea et merces defraudata. Quidam sunt qui diuitias retinent et recondunt gratiam quos clamat erugo. Alij sunt qui eas male expendunt et multa mutatoria vestium emunt. contra quos clamat tinea. Alij qui bona pauperum rapiunt et eos spoliant. contra quos clamat merces iniusta detenta. M. Quartij accusatores erunt omnia elementa. vni hugo de san. victo. contra peccatores in iudicio celus dicit. Ego sibi lucem ministravi ad solacium. aer dicit. Ego omne genus animalium sibi debi in obsequium. Aqua

dicit. Ego diuersa genera piscium sibi dedi ad esum. Terra dicit. Ego panem et vinum sibi debi ad nutrimentum. et per omnia elementa recitauerunt sua beneficia conuertent peccatores ad supplicia. sicut hugo ibidem ostendit dicit. Ignis dicit a me comburatur. Aqua dicit in me demergatur. Aer dicit. A me absorbeatur. Infernus dicit. A me deglutatur. vni sap. v. Armabit omnia creatura ad vlcionem contra insensatos. Tercio principaliter videndum est de pena mali serui. qui duo principaliter vicia habuit in misericordia et crudelitate. quod suffocabat et in ingratitude quod non memor beneficij sibi impenitenti sibi. nonne omne debi. Et ideo duas penas videlicet damni et sensus. et vtramque eternam. Penam damni. Ibi iratus dominus. Damnati enim nunquam videbunt deum placatum sed iratum. vtrumque autem maxima pena. De irato dicitur apoc. vi. Dicit motibus et petris. cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni. Deum etiam non placatum videre maximam pena est. vni Erhiso. super Math. Multi gehennam horrent. Ego autem calum illius glorie multo maiorem. pena gehene esse aio. Vix etiam si mille ponat aliquis gehennas nihil tale dicit quale excidit a gloria illa. odio a tempore haberi et audire. Non enim noui vos. Melius est sustinere decem milia fulgura. quam facies illam mansuetam videre a nobis auersam et tranquillum oculum non ferentem videre nos. De pena sensus dicit. Dedit illi tor. i. demones in carcere infernali. Habet ei deus quatuor loca carcerem palacium stabulum et hospitale. In carcere sunt omnes mali. In palatio omnes boni. In stabulo boni et mali. In hospitali mediocriter boni et mediocriter mali. Carcer est in